



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ex Recogniti|one Des. Eras-||mi Roterodami.|**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Aelii Spartiani Aelius Vervs. Ad Diocletianvm Avgvstvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**

Antoninus rogasset. Templum deniq; ei pro sepulchro apud Puteolos consti-  
tuuit: & quinquennale certamen, & Flamines & Sodales, & multa alia, qua; ad  
honorem quasi numinis pertinerent. Quare ut supra dictum est, multi putant  
Antoninum Pium dictum.

AE L I I S P A R T I A N I  
**AELIVS VERVS**  
 A D D I O C L E T I A N V M  
 A V G V S T V M.

DIOCLETIANO AVGVSTO, AELIVS  
 SPARTIANVS SVVS SALVTEM.



N animo mihi est Diocletiane Auguste tot principū maxime, Retentari, p  
 nō solum eorū, qui principū locum in hac statione quā tem  
 peras, retentarunt, ut usq; ad diuum Hadrianū feci: sed illorū  
 etiā, qui uel Cæsarū nomine appellati sunt, nec prīncipes aut  
 Augusti fuerūt, uel quolibet alio genere, aut in famam, aut in  
 spem principatus uenerunt, cognitionē numinis tui sternere.  
 Quorū præcipue de Aelio Vero dicendū est: qui prīmus tantū Cæsaris nomen  
 accepit, adoptione Hadriani, familiae principū adscitus. Et quoniā nīmis pauca  
 dicenda sunt, nec debet prologus enormior esse q; fabula, de ipso iam loquar.

Retentari, p  
 tenuerūt: nī  
 li mavis, re  
 tenuerūt, ut  
 respondeat  
 ad famam  
 aut spem.  
 Fortasse le  
 gendū, nu  
 mini tuo,  
 tametsi lo  
 cus hic pla  
 ne deprava  
 tus est.

Enor,  
 mior, p  
 maior.



EIONIVS Commodus, qui & Aelius Verus appelle  
 latus est: quē sibi Hadrianus aeuo ingrauescēt mor  
 bis tristioribus pressus, peragratō iam orbe terrarū  
 adoptauit, nihil habet in sua uita memorabile, nisi  
 quod tantū Cæsar est appellatus: non testamēto, ut  
 antea solebat: neq; eo modo, quo Traianus est ad  
 optatus: sed eo prop̄ genere, quo nostris tēporibus  
 à uesta dementia Maximianus atq; Constantinus  
 Cæsares dīcti sunt: quādī quidā principū filij uiri, &  
 designati Augustae maiestatis hæredes. Et quoniā de Cæsarū nomine in huius  
 præcipue uita est aliquid disputandū, qui hoc solum nomē adeptus est, Cæsarē  
 uel ab Elephanto, qui lingua Maurorū cæsa dicitur, in prælio cælo eum, qui pri  
 mus sic appellatus est, doctissimi uiri & eruditissimi putant dictum: uel quia  
 mortua matre, uentre cælo sit natus: uel cum magnis crinibus sit utero parentis  
 effusus: uel q d' oculis cæsijs & ultra humanū morem uiguerit. Certe quæcunq;  
 illa felix necessitas fuit, unde tam clarū & duraturū æternitate mundi nomē ef  
 floruit. Hic ergo de quo sermo est, primū, Lucius Aurelius Verus est dīctus, sed  
 ab Hadriano adscitus in Aeliorū familiam, hoc est, in Hadriani transcriptus, &  
 appellatus est Cæsar. Huic pater Ceionius Cōmodus fuit, quē alijs Verum, alijs  
 s Lucium

Lucium Aurelium, multi Annium prodiderunt: maiores omnes nobilissimi, quoru origo pleraq; ex Etruria fuit, uel ex Fauentia. Et de huius quidē familia plenus in uita Lucij Aurelij, Ceionij Commodi, Veri Antonini filij huiuscē, quē sibi adoptare Antoninus iussus est, differemus. Is enim liber debet omnia, quae ad stemma generis pertinent, cōtinere, qui habet principem, de quo plura dicenda sunt. Adoptatus autē Aelius Verus ab Hadriano eo tēpore, quo iam ut superius diximus, parum uigebat, & de successore necessario cogitabat, statimq; prætor factus, & Pannonis dux ac rector impositus, mox consul creatus. Et quia erat depuratus imperio, iterū cōsul designatus est. Datum etiā populo congiariū causa eius adoptionis, collatumq; militibus H-S ter milies, Circenses æditi: neq; quicq; prætermissum, quod posset lātitiam publicā frequētare. Tantumq; apud Hadrianū principem ualuit: ut præter adoptionis affectum, quo ei uidebatur adiunctus, solus omnia quae cuperet, etiā per literas impetraret. Nec prouinciae quidē cui præpositus erat, defuit. Nam bene gestis rebus uel potius feliciter: & si nō summi, mediū tamē obtinuit ducis famam. Hic tamen uale studiū adeo miserae fuit, ut Hadrianum statim adoptionis poenituerit, potueritq; eum amouere à familia imperatoria, cum saepe de alijs cogitaret, si forte uixisset. Fertur deniq; ab his, qui Hadriani uitam diligentius in literas retulerunt, Hadrianum Veri scisse geniturā: & eum quem nō multo ad remp. regendam probarat: ob hoc tantū adoptasse, ut suæ satissaceret uoluptati: & ut quidā dicunt, iurando quod intercessisse inter ipsum ac Verū secretis cōditionibus ferebatur. Fuisse enim Hadrianū peritū matheseos, Marius Maximus usq; adeo demon- strat, ut eum dicat cuncta de se scisse, sic, ut omnīū dierū usq; ad horā mortis futuros actus ante præscripsit. Satis præterea cōstat eum de Vero saepe dixisse,

Ostendent terris hunc tantum fata, neq; ultra Esse sinent.

Quos uersus cum aliquādo in hortulo spatiā cantitaret: atq; adeset unus ex literatis, quorum Hadrianus speciosa societate gaudebat, uelleq; addere,

Nimium uobis Romana propago

Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent,

Hadrianus dixisse fertur, hos uersus:

Vita non capit Veri. Illud addens, Manibus date lilia plenis,

Purpureos spargam flores, animarīq; nepotis,

His saltem accumulem donis, & fungar inani Munere.

Cū quidē etiā illud dicit' cū irrisione dixisse, Ego mihi diuū adoptauī, nō filiū. Nunc tamē cū eum cōsolaref unus de literatis qui aderat, ac diceret, Quid si nō recte constellatio eius collecta est, quē credimus esse uicturū: Hadrianus dixisse fertur. Facile ista dicas tu, qui patrimonij tui nō reip. queris hæredē. Vnde apparet eum habuisse in animo alium diligere, atq; hunc ultimo uitæ suæ tēpore à rep. submouere. sed haud eius cōsilia iuuit euētus. Nā cū de prouincia Aelius redisset, atq; orationē pulcherrimā, qua hodie legit' siue per se, siue per Scriniorū aut dicendi magistros, parasset, qua Calendis Ianuarijs Hadriano patri gratias ageret: accepta potiōe qua se existimaret iuuari, Calendis ipsis Ianuarijs perij. iussus;

Iussusq; ab Hadriano quia uota interueniebant, nō lugeri. Fuit hic uita lētissimae, erudit⁹ in literis, Hadriano, ut maliuoli loquunt, acceptior forma, t̄p moribus. In aula diu nō fuit, in uita priuata, & si mīnus p̄babilis, mīnus tamē reprehendendus, ac memor familiæ suæ, comptus, decorus, pulchritudinis regiæ, oris uenerandi, eloquētiæ celſioris, uersu facilis, in rep. etiā nō inutilis. Huius uoluptates ab his, qui uitam eius scripserūt, multæ ferunt: equidē nō infames, sed ali quaten⁹ diffluētes. Nam tetrapharmacū seu potius pentapharmacū, q̄ postea semper Hadrian⁹ est usus, ipse dicit̄ repperisse, hoc est, sumē, Faſianū, Pauonē, crufculatā & aprugnā. De quo genere cibi aliter refert Marius Maxim⁹, nō pentapharmacū, sed tetrapharmacū appellans: ut & nos ipsi in eius uita prosecuti sumus. Ferē etiā aliud genus uoluptatis, qd' Verus inuenierat. Nam lectū eminentib⁹ quatuor anaclinterijs fecerat, mīnuto reticulo undiq; inclusum, euīnq; folijs rosæ, quib⁹ demptū esset albū replebat. Iacēsq; cū cōcubinis, uelamine de lilijs factō se tegebat, unctus odoribus Persicis. Iam illa frequētan̄ à nōnullis, q; & accubationes ac mēlas de roſis ac lilijs fecerit, & quidē purgatis: qua & si nō decora, nō tamē ad perniciem publicā prompta sunt. Atq; idem Ouidij ab alijs relata, idem Apitij libros amorum in lecto semper habuisse. Idem Martiale in epigrāmaticū poētam Vergiliū suū dixisse. Iam illa leuiora, qd' cursoribus suis exēplo cupidinū alas frequēter apposuit: eosq; uentorū nominib⁹ ſepe uocauit, Boreā aliū, aliū Notū, & itē Aquilonē aut Circiū, ceterisq; nominib⁹ appellans, & indefeffe atq; inhumaniter faciens cursitare. Idem uxori cōquerēti de extraneis uoluptatibus, dixisse fertur, Patere me per alias exercere cupiditates “meas. Vxot enim dignitatis nomē eſt, nō uoluptatis. Eius filius eſt Antoninus “Verus qui adoptatus eſt à Marco. Verus certe cū Marco & cum eodē æquale geslit imperiū. Nam ipsi sunt qui prīmī duo Augusti appellati sunt: & quorū Fastis consularibus sic nomina p̄ſcribunt, ut dicant̄ nō duo Antonini & duo Augusti: tantūq; hui⁹ rei & nouitas & dignitas ualuit, ut Fasti cōſulares nōnulli ab his ſumerēt ordinē cōſulum. Pro eius adoptione infinitā pecuniā populo & militib⁹ Hadrianus dedit. Sed cum eum uideret homo paulo argutior misericordia ualeſtudinis, ita ut ſcutū ſolidius iactare nō posset, dixisse fertur, Ter milies perdiſimus, qd' exercitū populōq; depediſimus: ſiquidē ſatis in eaducū parietē incumbimus: & qui non ipsam temp. ſed nos ipsos ſuſtentare uix poſſit. Et hæc quidē Hadrianus cū p̄fecto ſuo locutus eſt. Qua cū prodidifſet p̄fectus, ac per hoc Aelius Cæſar in dies magis magisq; ſollicitudine, utpote desperati hominis aggrauaret, p̄fecto ſuo Hadrianus qui rem prodiderat, ſuccellorē de-dit, uolens uideri, qd' uerba tristia tēperaffet, ſed nihil proſuit. Nam, ut dixim⁹, Lucius Ceionius, Cōmodus Verus, Aelius Cæſar, nam his omībus nominib⁹ appellatus eſt, perijt: ſepultusq; imperatorio funere: neq; quicquām de regia in morte habuit dignitate. Doluit ergo illius mortē ut bonus pater, nō ut bonus princeps. Nam cū amici ſolliciti quererēt, qui adoptari poſſet: Hadrian⁹ dixisse fertur his, etiā uiuente adhuc Vero decreueram: ex quo oſtendit aut iudicium ſuū aut ſcientiā futurorū. Post hunc deniq; Hadrianus diu anceps quid faceret,

s 2 Antoninum

Antoninū adoptauit Pium cognomine appellatū, cui cōditionē addidit, ut ipse sibi Marcum & Verus Antoninū adoptaret, filiamq; suā Vero, nō Marco daret. Nec diutius uixit, grauatus languore ac diuerso genere morborum, sape dīcēs, Sanum principē mori debere nō debilē. Statuas sanè Aelio Vero per totū orbēt Colossas ponī iussit, tēpla etiā in nōnullis urbibus fieri. Deniq; illius merito, filiū eius Verum, nepotē utpote suū, qui pereūte Aelio in familia ipsius Hadriani remanserat, adoptandum Antonino Pio cū Marco, ut iā diximus, dedit, sape dicens, Habeat respub. quodcumq; de Vero: quod quidē cōtrariū his quæ de adoptionis penitentia per autores plurimos intimata sunt: cum Verus posterior nihil dignum præter clementiam in moribus habuerit, quod imperatoriae familiæ lumen afferret. Hæc sunt quæ de Vero Cæsare mandanda literis suerunt, de quo idcirco non tacui, quia mihi propositum fuit, omnes qui uel post Cæsarem dictatorem, hoc est, diuum Iulium, uel Cæsares, uel Augusti, uel principes appellati sunt, quiq; in adoptionem uenirent, uel imperatorum filij, aut parentes Cæsarum nomine consecrati sunt, singulis libris exponere, meæ satisfaciens conscientiæ, etiam si multis nulla sit necessitas talia requirendi.

Colosseas  
opinor legē  
dum.

Consciētia.

# ANTONINVS PIUS.

AD DIOCLETIANVM  
AVGVSTVM.



Mox, p de/  
Inde.

ITO Aurelio Fulvio Boionio Antonino Pio, paternum genus e Gallia trāsalpina, Nemausense scilicet. Auus Titus Aurelius Fulvius, qui per honores diuersos ad secundū consulatū & præfecturā urbis peruenit. Pater Aurelius Fulvius, qui & ipse fuit consul, homo tristis & æger. Auia materna Bouinia Procella, mater Arria Fatidilla. Auus maternus Arrius Antoninus, bis cōsul, homo sanctus, & qui Neruam miseratus esset, quod imperare cœpisset. Soror uterina Iulia Fadilla. Vitticus Iulius Lupus consularis. Socer Annius Verus. Vxor Annia Faustina. Filij mares duo, Duæ sc̄eminæ. Gener per maiorem filiam, Lamia Syllanus: per minorem, Marcus Antoninus fuere. Ipse Antoninus Pius natus est tertiodecimo Calendas Octobres, sub Domitiano duodecimo, & Cornelio Dolobella cōsulibus, in villa Laurina: educatus Lori in Aurelia, ubi post ea palantium extruxit, cuius hodiēq; reliquæ manent. Pueritiam egit cum aucto paterno, mox cum materno, omnes suos religiose colens: atq; adeo & consobrinorum & uitrixi, & multorum affinium hæreditate ditatus est. Fuit uir forma conspicuus, ingenio clarus, moribus demens, nobilis uultu, & placidus ingenio, singularis eloquentiæ, nitidæ literaturæ, præcipue sobrius, diligens agri cultor, mitis, largus, alieni abstinentis, & omnia hæc cum mensura & sine iactantia. In cunctis